



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 123. Finis Historiarum Michovii, & Cromeri

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

Sæcul. XVI.
A.C. 1506.

§. CXXIII.

Finis Historiarum Michovii & Cromeri.

Vossius lib. 3. Porro in Sigismundi electione tam Mat-
de His. Lat. thias Michou, seu Michovius, quam

Martinus Cromerus Historiis suis de re-
bus Polonorum finem imposuerunt. Ho-
rum primus artis medicæ Doctor, Cra-
coviensis Canonicus, atque insignis A-
stronomus erat, suumque Poloniæ Chro-
nicon Sigismundo Regi nuncupabat:
Præterea alios duos scripsit commenta-
rios, unum de Sarmatia Europæa, alte-
rum de Asiana, qui libri cum aliis quibus-
dam novi Orbis relationibus Anno Salutis
millesimo quingentesimo trigesimo se-
cundo Parisiensibus literis excusi prodie-
runt. Martinus Cromerus, qui Sigis-
mundo ab epistolis, demum defuncto

*Miræus de
Script.*

Sæcul. XVI.

Hosio Cardinale Episcopus Warniensis
renunciabatur, suam quoque Rerum Po-
lonicarum historiam in triginta libros
divisam ab Anno Salutis quingentesimo
quinquagesimo concinnavit, quartamque
ejusdem editionem Anno Domini quin-
gentesimo octogesimo sexto supra mille-
simum ipsus adornavit; Mortuus credi-
tur die decima tertia Martii Anno mil-
lesimo quingentesimo octogesimo nono.

Aliud



Aliud præterea scripsit opus de situ Po- Sæcul. XVI.
 loniæ, & de gente, ac moribus Polono- A.C. 1506.
 rum, necnon quosdam tractatus Polemi-
 cos adversus Protestantes item col-
 loquia de vera, & falsa Religione in qua-
 tuor libros, & de cælibatu Sacerdotum,
 Ultima ejusdem Historiæ editio, quam
 adhuc vita superstes concinnavit, nuncu-
 pata est Stephano Batorio.

§. CXXIV.

*Alphonſus Alburquerius a Luſ-
 tano Rege ad Indos
 missus.*

Hoc anno Emanuel Lusitanæ Rex Barros det. 2
 celeberrimum Alphonſum Albur- lib. 1. c. 1. § 2.
 querium, qui rebus præclare gestis Ma- § lib. 2.
 gni nomen emeruit, Legatum ad Indos
 Occidentales decrevit, ut Almeidæ in
 Pro-Regis dignitate succederet, quo mu-
 nere summa fidelitate, ac prudentia fun-
 tus, in quovis ferme suscepto negotio
 prósperam expertus est fortunam. Huic
 Emanuel laboris socium adjunxit Trista-
 num de Cunha, qui duas, licet exigua,
 Æthiopum Insulas, hodie dum suo nomi-
 ne insignitas detexit, quæ in elevatione
 Poli vigesimum longitudinis, latitudinis
 vero trigesimum septimum gradum ob-
 tinent, ac Occidentem versus trecentis
 quin-